



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

Quali à gladio & fame qualibus à bestijs, quali à pestile[n]tia, propi[n]quos  
suos s[ecundu]m carnem Iudæos ap[osto]li no[n] saluaueru[n]t, & quod  
ipsi fuerint in medio eorum quasi Noe Daniel & Iob.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

crucifigeret Christū dei filium. Sed si causam illorum rite discernas, scilicet quia Noe ar-  
 cham in communi periculo erexit, & Daniel cœlibem uitam duxit, & Iob proprię domui  
 suę bene pręfuit, maxime ex eo notus, quod in tentatione inuentus est fidelis: patenter in-  
 telligis, quia in medio terrę illius fuerunt, & de medio terrę illius ad nos uenerunt tres ui-  
 ri isti, Noe, Daniel, & Iob. Quod si parū uidetur, cōmuniter demonstrare in om̄ibus apo-  
 stolis Christi, qui in medio terrę illius fuerunt, & inde uenientes tres uiuendi ordines su-  
 pradictos nobis gentibus ordinauerunt, ecce quasi digito demonstrare possumus quosdā  
 ex illis, uidelicet apostolis, tres uiros Petrū & Iohannem & Paulū, ualde similes illis, Noe,  
 Daniel & Iob. Deniq; Petrus præcipuus rectorę ecclesię, ipse est quasi Noe: & Iohānes,  
 pręcipuū exemplar cœlibis seu uirginalis uitę, ipse est quasi Daniel: & Paulus qui inter  
 cætera, in quibus plus om̄ibus laborauit, cōiugale quoc; uitā hñ ordinauit, ipse est q̄si Iob.  
 ¶ Quasi a gladio & fame, qualibus a bestijs, quasi a pestilentia, propinquos suos  
 secundum carnem Iudeos, apostoli non saluauerunt, & quod ipsi fuerunt in me-  
 dio eorum, quasi Noe, Daniel & Iob. Cap. XVI.

**N**unc igitur demonstrandū est, quali a gladio & fame, qualibus a bestijs, quali  
 a pestilentia, propinquos suos secundū carnem Iudeos nō saluauerunt: sed ip-  
 si soli animas suas liberauerunt: & quā ob causam iuste hoc fieri debuerit. Qu-  
 ut euidentius fiat, iā ordine accedendū est ad illā bestiā quartā sine nose, de qua  
 sic scriptū est. Post hęc aspiciendā in uisione noctis & ecce bestia quarta terribilis atq; mira-  
 bilis & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atq; cōminuens, & reliqua  
 pedibus suis cōculcās. Quomocunq; regnū Romanum, bestia magna, terribiliter atq; mir-  
 abiliter dentibus magnis, dētibus ferreis cæterarę gentiū robur comederit atq; cōminue-  
 rit, nō adeo ptinuit ad illos captiuos, quoz; uni hęc reuelata, p̄ quoz; unū hęc nobis scrip-  
 ta sunt. Cura em̄ erat illis tantū de genere suo, cura erat sp̄i, ppheticō de illis ppter Chris-  
 stū, qui nasciturus erat ex eodē pp̄lo. ¶ Sicut ergo de cæteris bestijs scimus, q̄a taliter de-  
 monstratę sunt, Verbi ḡsa, Ut uni diceret, surge comede carnes plurimas, propter pplm  
 Iudaicū, de quo Aman dixit regi Assuero, si tibi placet, decerne ut pereat, ita & de ista be-  
 stia quarta, bestia terribili atq; mirabili, qđ dictū est, comedēs atq; cōminuēs & reliqua pe-  
 dibus suis cōculcans, ad eundē pplm spectat, quē: ducib; siue principib; Tito & Vespasia-  
 no: regnū illud comedit atq; cōminuit, tā terribili cōmestione, tā mirabili cōminutione, ut  
 nulli unquā populo uel ciuitati ab initio seculi taliter cōtingerit, sicut Iosephus scriptor ad  
 mirando pariter & dolēdo patenter edisserit, Et reliqua sic pedibus suis cōculcauit, ut nūc  
 usq; patet, quia in oēs gentes ducti sunt captiui qui reliqui fuerūt ex eis. Nunquid tres uiri  
 isti, Noe, Daniel, et Iob, si fuissent in medio eoz;, liberaissent eos? Fuerūt aut̄ similes istoz;  
 alii qui in medio eoz;, scilicet apostoli, et multi credentes in Ch̄m: sed nō liberauerunt eos,  
 immo ut ipsi soli liberaerent animas suas, p̄ diuinā iussu sunt reuelationē imminēte obsidio-  
 ne exire de medio eoz;. Nōne hoc fuit quasi Noe et Danielē et Iob exire de medio eoz;?  
 ¶ Remanserunt autē in medio eoz; tres alij ualde contrarij, Eleazarus et Iohannes et Sy-  
 mon, autores et principes nimis crudeles seditionū inenarrabiliū, et ita mirabiliter euenit  
 ut cum in Babylone audieris, tres uideo uiros ambulantes in medio ignis et aspectus quar-  
 ti, similitudo est filij dei. Hic econtra in ea, quę dicebatur Hierusalem, exclamare pos-  
 sis. Tres uideo uiros obtinentes miseram Hierusalem, discindentes eam et excruciantes  
 gladio et fame, miserabilibus modis, tres (inquam) uiros principes iniquitatis et totius la-  
 trocinij, et aspectus quarti similitudo est Barrabę latronis seditiosi. ¶ Nam quia Barra-  
 bam sibi præelegerūt, Ch̄m autem dei filium interfici petierunt: iccirco omnis Noe et  
 omnis Daniel, et omnis Iob recessit ab eis, et iusto iudicio, cū foris obsiderentur a Rōma-  
 nis, intus dati sunt in prædam tribus illis autoribus sediciosis, qui contra semetipsos diui-  
 si, communiter diruperunt, et certatim effoderunt uiscera ieiuna et esurientia plenę ciui-  
 tatis.

I. Cor. 7.  
 Ephe. 5.  
 I. Timo. 5.

Bestia quarta  
 Danic. 7.

Danic. 7.

Hester. 5.

Iose. de bel. Iu-  
 da. lib. 7.

Hist. eccle. lib.  
 5. cap. 3.  
 Tres uiri in  
 Hierim, tpe  
 obsidionis au-  
 rores.  
 Danic. 3.

Matth. 27.  
 Pctm Iud 20  
 & grauissimū

¶ Quod vel quale fuerit peccatum terre illius, quam Noe, Daniel, & Iob salua-  
 re non potuerunt: & quomodo Iudei blasphemauerunt vel uerbum dixerunt con-  
 tra spiritum sanctum, Cap. XVII.

